

IRIS

13.

HORIS , ET ARIS, NUNTIA PACIS,

VENUSTA FACIE APPAREBIT

Mille trahens varios , adverſo Sole , colores,

Pro Eparchia Betico-Baſiliana,

In hoc almo , veluti in ſuo Hemispherio , florigeræ

Iridis Collegio;

CORDUBENSI SCILICET, SANCTÆ MARIÆ DE PACE

DOMO,

Ad Comitia Congregata;

A die 22 uſque ad 24 Menſis Maij

Anno

Per ſequens Chronicon numerato;

En IrIDIs faCIes UnIVerſo MIrè IrrIgata

CoLore.

M. D. CC. L. VV. IIIIIIIII.

*Cordubæ : Sub Typis Joannis Rodriguez , in Vico Bibliopola-
rum , per Antonium Serrano.*

SECRET

2025 RELEASE UNDER E.O. 14176

10-10-69

SECRET

1. Shall be considered a "closed" system
2. must be considered a "closed" system

[illegible]

ELSI ANDERSON

SECRET

000000

SECRET

Copyright © 1994 by John Wiley & Sons, Inc.

1. The first step in the process is to identify the problem or issue that needs to be addressed. This involves gathering information and understanding the context of the problem.

Approved: _____

SYMBOLICUM ÆNIGMA

CONGRESSUS.

Vide Arcum, & benedic eum, qui fecit illum; &c.

Ex Ecclesiast. Cap. 43.

CUM JESUS, UT A BONO NOMINE OMEN ACCIPIAMUS, & fatum, Filius Syrach, vel Salomon, qui & Pacificus interpretatur, ut *Pacem* ab exordio audiamus, læpido sermone, Laconico stylo, Sacroque Pneumate insufflante, celebrasset magnificentiam Dei ex pulchritudine Cœli, Solis, Lunæ, & Stellarum cap. 43. Libri Canonici, cui titulus *Ecclesiasticus*; quinto loco exhibet, & celebrat *Iridem*, quasi opus speciosum Dei. Et ut inde ad Dei laudem excitemur, ac quoties Iridem conspiciamus, toties ad Deum assurgamus, & in Iride magnificentiam Dei collaudemus, hisce modulatis vocibus ignaviam nostram excitat, & adhortatur: *Vide Arcum, & benedic eum, qui fecit illum: valde speciosus est in splendore suo. Gyravit Cœlum in circuitu gloriæ suæ, manus Excelsi aperuerunt illum.*

Quibus verbis, non tam splendidam, fulgentemque Iridis imaginem, varijs coloribus circumductam litterali stylo depingi, quam alegorico calamo Uvandalorum Ascetarum Basiliani Instituti in Pace Congressum exprimi, oculis expectantium statim apparet; maximeque si in Iride, ejusque coloribus pulchram harmoniam, mirabilem efformationem, & cœlestem situm contemplemur. Quo circa, Physici ita cum Aristot. lib. 3. Meteor. cap. 3. Iridem definiunt: *Iris est Arcus multicolor in nube rorida, opaca, & concava ex radiorum*

Solis oppositi reflexione apparens oculis spectantium. Ovidiusque lib. 6. Metamorph. graphice Iridem describens, sic de ea canit:

Qualis ab imbre solet percussus solibus Arcus,

Inficere ingenti longum curvamine Cælum

In quo diversi niteant cum mille colores

Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit.

Et quamvis Multicolor oculis appareat pro diversitate nubium, & reverberatione radiorum Solis, ut de ea Virg. 5. Æneid.

Mille trahit varios adverso Sole colores;

Tricolor tantum ob colores ejus primarios passim ab Autoribus describi solet; Triplicem enim colorem exhibet, eumque lucidum, & splendentem, ait Cornel. in loc. citat. puta puniceum, viridem, & purpureum, atque primum secundo, secundum tertio decore subordinatum, & contemperatum; ut pulchram colorum harmoniam, & quasi musicam spectantium oculis exhibeat.

Quis jam ad hujus Iridis picturam vividis supra suos coloribus expressam in limine hærebit? Quin in ejus pigmento formatione, & situ Capitularem Basilianum Congressum, Collegium nostrum Cordubense, eorumque virtutes, & ornamenta miretur, & videat? In Iridis enim variegata figura Supremi Superioris igneam charitatem, Diffinitorum viridem judicaturam, Abbatum cælestem vigilantiam, Magistrorum multicolorem scientiam, omniumque Vocalium subordinationem, concordiam, pacemque licet admirari, potius quam videri. Et si proprius ad hujus Phænomenis speciosum enigma accedere velimus; illic licebit visere Arcum floridum, seu admirandum fasciculum cœlestium tam colorum, quam virtutum in Occidentali Boëtica compactum, in nube rorida, sive

5

Mariana sphæra situatum, & adverso, seu propicio Sole, ut Geomet. canit, Magno scilicet Parente Basilio *Orientali* Phœbo, ignibus radijs, luminibusque illustratum, efformatum, ac circumfultum.

CONGRESSUS SPECIMEN

in Iridis aspectu.

Ergo Iris croceis (Virg.) per Cælum rosida pennis:

Thaumantis Proles,
seu admirationis filia, hilaris, & lætabunda apparebit: cum ad Pacis delubrum, Minervæ fanum, Sulamitis Thronum, Mariæ Cælum, nostrum, scilicet, Cordubense Collegium (his enim epitetis signari libet) nostra Bœtico-Basiliana Progenies, propulsa invidia, complexa concordia, charitate constipata, omnium virtutum splendoribus coruscans, sacrarum litterarum vigilantia splendens, & quasi Arcus refulgens inter nebulas sui gloriosi primævi Instituti Comitiale munus executura accedet. Quæ, & quanta charismatum ornamenta in isto, quasi florum fasciculo, singulari Congressu commixta, & conviscerata splendeant, nec Terræ lilijs, nec Austri flatibus, nec Ponti undis, nec ignis scintillis adequari calculis, nec suis modulis numerari queunt. Quæ Nobilitas in Patrono! Qualis Prudentia in Præsule! Quanta maturitas in Patribus! Quotuplex scientia in Magistris! Quæ, & quanta virtus in cæteris singulisque Vocalibus!

Fulgebit namque nostri perillustri Patroni præclara Nobilitas, excelsa claritas, antiquus splendor, dignitatumque ac nominum amplitudo;

Quæ vincit (Draud.) semperque prisca recentibus auget

*Cultibus, & numquam fuit à majoribus illis
Degenerare decus sublime.*

Splendescet insuper nostri meritissimi Præsidis laureata Pru-
dencia, perspicax vigilantia, mitis autoritas, religiosus amor,
*Ingenium celeste (Ovid.) suis velocius annis
Surgit, ac virtus contigit ante diem.*

Micabit quoque Sapientissimi, ac æquissimi Diffinitorij jus-
titie statera, æquitatis libra, Astræque bilanx, & æquipo-
dium:

*Spes simul (Alciat.) & Nèmesis nostris altaribus adsunt,
Scilicet ut speres non nisi quod liceat.*

Coruscabit denique Venerabilium Patrum Abbatum, Ma-
gistrorumque doctrina, vigilantia, scientia,

*Qualis aereo (Hoyer.) Cypressus vertice Pindi
Præ reliquis, celsum tollit in Astra caput:
Qualis ab Eois surgens penetralibus, alnum
Puniceo pandit Bosphorus ore diem.*

Et quia istius Basiliani Iridis speciosa pulchritudo non nisi à
reverberatione radiorum Solis oriatur, & appareat; oppor-
tet prævenire Solem, qui Persico idiomate *Mitra* nominatur,
in Nostro Illustrissimo, ac Reverendissimo Cordubensi Præ-
sule, Nostro iterum iterumque meritissimo Mæcenate, cu-
jus decantatum Nomen *anagrammaticè* MITRAN (*) dignoscit,
ut Solem designet: cujus Virtus prudentiam, integritatem, ju-
diciūque absorbet, ut fiducia paret: & cujus Dignitas celsitu-
dinem, splendorem, leporemque lucratur, ut omnia lævet;

Hæc tamen innumeris (Claud.) per se quæsitæ trophæis,

Non

(*) Martin anagramate Mitran.

Non generis dono, non ambitione potitus
 Digna legi virtus: ultro se purpura supplex
 Obtulit, & solus meruit regnare togatus.

Nec ab hac allegorica Iride deerit, quod in naturali videtur; ex unius, scilicet, reflexione plures simul fieri Irides ad expansam, dilatatamque Iridem efformandam. Quam quidem formosam dilatationem ambient, & circumcingent, reflexis scientiae coloribus Doctores, & Sacrarum Religionum Magistri, qui ad *lites* & intellectuales *contentiones*, quarum est, ut ait Plato, *Nuntia Iris*, in Vespertinis Thesi- bus, & Matutinis actionibus decorem pariter & pulchritudinem litteris, & virtutibus addent. Viri certe

*Quos nec ab ingenio (Ænæus) sæclum hoc nec ab arte minores
 Protulit, aut labor ad meritos evexit honores.*

Vide ergo Arcum (Tigur.) contemplare Arcum splendore (70) fulgore suo per quam elegantem (Maluen.) vehementer tempestivum; pulchrum, splendidum, ac speciosum, nobilitatis stemmatibus insignitum, prudentiæ dotibus circumfultum, equitatis, & justitia lancibus fulcitum, doctrinæ vigilantia, & scientiæ splendoribus & exemplis stipatum, & à benignissimo, & fulgentissimo Sole illuminatum, & protectum. Vide, igitur, Iridem rosidam, florigeram, multicolorem: in Patrono fulgentem, in Præsule micantem, in Judicibus renitentem, in Patribus, Abbatibus, & Magistris coruscantem, & in isto Capitulari Congressu felicitatis Indicem, tranquillitatis Præconem, lætitiæ Præambulatricem, serenitatis Præludium, & Nuntiam Pacis se expectantium oculis exhibentem: & benedic eum qui fecit illum (Tigur.)

& Autori ejus gratulare; valde speciosus est in splendore suo, & Multicolor picto (Virg.) per nubila devolat Arcu.

PNEUMA CONGRESSUS

in triplici Iridis colore.

IGNEUS.

CÆterum dum omnis pulchritudo cum eo permaneat, in cujus conspectu confessio, & pulchritudo est; & ab eo, qui specie sua, & pulchritudine prospere regnat, indefinenter oriatur: ad nubila, seu nubium montes, unde veniet auxilium, mentis oculos levemus. Statimque, facto repente de Cœlo sonu tamquam advenientis Spiritus, apparebit inter nebulas gloriæ suæ *Risus plorantis Olympi*, verusque fœderis Arcus, Igneus Amor, seu Ignis Deitatis consumens: & Charitas Dei diffundetur in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui dandus est nobis. Si enim Iris cælestis à Magno Parente Basilio, *Imago Sanctissimæ Trinitatis*, & à Gregorio Magno *Sancti Spiritus Idea* nuncupetur; quid cunctamur, quin in hac purpurea sive ignita Iride, Pacis, fœderis, & concordiae signum foeliciter auguremur?

Hæc enim Divina Iris, non solum quasi à suo specioso arcu occultas sui Amoris sagittas emittit in corda congregatorum, ut *suaviter confixa*, ait Cornel. *amore langueant*; sed cum sit pluvialis, & imbrifera, ut Ovid. canit;

Concipit Iris aquas, alimenta que nubibus affert:

Pluviam voluntariam segregat Hæreditati suæ, sicut dedit in Pentecoste universo Orbi prædicationis, & doctrine cælestis abundantiam quasi pluviam, ut notat Ansv. in Linguis igneis apparens, tribuensque Apostolicæ Congregationi charismatum dona.

Fiat,

Fiat, igitur, Pax in virtute Sancti Spiritus, ut Iris ejus amoris, tamquam murus igneus in circuitu nostri Capitularis Congressus apparens, delectentur Clientuli in multitudine, & pulchritudine pacis; lævantes capita, ut in trino Arcu *Pacis*, & *Amoris* curvatum emblema videntes videant:

ET IRIS IN CIRCUITU
SEDIS.

Pater Amos

P A X.
ater mor ptus

Xptus.

lumine
trinus

VIRIDIS.

De Sponso insuper ad Sponsam, de Spiritu Sancto ad Virginem, de purpureoque ad viridem Iridis colorem, si descensum facere velimus, *MARIÆ descensum* ad dirigendos pedes

B
nos.

nostros in viam pacis continuo in pacifico arcu contempla-
 ri liber. Ipsa est enim, ait S. Bernardinus, *Arcus fœderis sem-*
piterni, quia sine usque ad finem, à Cœlo usque ad solum
 attingens, & sua viridis splendoris curvatura utrumque He-
 misphærium ambiens, domus supernæ, & infimæ utrumque
 junxit angulum, ut pacem multam diligentibus eam stabili-
 ret. *Ipsa est*, ait Cartag., *Iris pacifica*, *Ramus olive*, pulchrior
Minerva: & ut canit Ecclesia, *Virgo Dux pacis*, quæ fœdus, ad-
 dit. Noster Æphrem, *pacemque fidelibus suis impetrans*, gy-
 rum Cœli, terræque globum circumit, sua claritate lustran-
 do, lumine implendo, hominesque, Deumque suavissimo
 amoris, & pacis nexu vinciendo, & reconciliando.

Hinc & Ipsa, & Iris tam concordi elegiorum celebrantur
 calculo, ut in Iride Virgo, & in Virgine Iris laudibus orne-
 tur, prædicetur, extollatur. Si enim Iris à Parente Basilio *Pa-*
cis sequestra appellatur, ipsa Virgo à Giselverto *Mediatrix*
pacifica inter summa, & *infima* celebratur. Si Iris à Nazianze-
 no *Benevolentissimi Numinis testimonium* dicitur; Virgo ab Il-
 dephonso *Titulus nostræ libertatis nobilissimus* nominatur. Si à
 Chrisostomo *Dei hominibus reconciliati Chirographum* Iris en-
 comiatur, ab Æphrem. *Nostre spei Divinissima Carta* Virgo
 laudatur. Si à Hieronymo *Supernæ Clementiæ Simulacrum* Iris
 describitur; ab Athanasio *Divinitatis delineata Pictura* Virgo
 depingitur. Si à Damasceno *Cœlestium induciarum Pignus* Iris;
 ab eodem *Dulcissimum Annæ*, id est gratiæ Pignus Virgo. Si
 ab Ambrosio *Inviolabilis virtutis Dei*, & *multiformis gratiæ*
specimen Iris cœlestis, à Methodio *Divini amoris*, & *dilectio-*
nis Thesaurus Virgo Dei genitrix. Si Iris ab Augustino *Divine*
ami-

amicitiæ Thessaera ; Virgo ab Epiphanio Dei, hominumque Mediatrix. Si illa à Bernardo Sempiterni fœderis obses ; Ista ab Augustino Fidei nostræ apud Deum Obses. Si illa à Cypriano Cœlestis benignitatis Typus ; Hæc ab Andrea Hierosolymita Divinorum oraculorum Divini archetypi Imago. Et si à Beda Divini propitiationis Symbolum : à Pythagora Divini Splendoris Imago : à Philone Multifarium lucis decus : & à Macrobio Benignissimi Cœli Prodigium ille Arcus Cœlestis proclamatur ; Hæc gloriosa Virgo ab Anselmo Pietatis, & Misericordiæ Exemplum : à Thoma Bonitatis Dei Imago infinita : à Cyrillo Alexandrino Eximium universi Orbis ornamentum, & decus : à Chrysippo Magnum Mundi Miraculum : & ab Ignatio Sacratissimum Monstrum, & cœleste Prodigium extollitur, & vociferatur.

Et ut pulchram hujus analogiæ seriem musica claudamus, aures ad canentem Cygnum Seraphicum Doctorem opusc. fig. 5. avidè inclinemus:

*Est in Arca cæruleus
Color, qui virginitatis
Typum gerit, & rubeus
Etiam qui charitatis
Formam notat; puritatis
Tue demonstrat aqueus
Notam, & humilitatis
Quam elegit in te Deus.*

Ut in Iride Virginem, & in Virgine Iridem laudemus, ejusque Pacis thesseram, & titulum in suo viridi aspectu admiremur; ex quo enim facta est coram eo, id est Principe pacis,

eis, quasi pacem reperiens, factus est in pace locus ejus

Paciferaeque Manus (Virg.) ramum protendit olive.

Ad cujus speciosum aspectum justitia, & pax absque dubio osculabuntur; abundantia enim pacis, quæ in suo viridi Circulo nitescet, omnium oculis apparebit in dono *Mirabilis*, in effectu *Affabilis*, in animo *Radicabilis*, in corde *Ineffabilis*, in prætio *Æstimabilis*, in signo *Prædicabilis*, in bono *Amabilis*, & in oblatione *Xeniabilis*; ut cum suis elementis M.A.R.J.Æ. P. A. X. sub Iride in solaria figura demonstrat:

FACTA SUM CORAM EO QUASI PACEM REPERIENS.

Mirabilis...

Affabilis...

Radicabilis

Ineffabilis...

Æstimabilis...

Amabilis...

Xeniabilis...

CÆRULEUS.

L. Patrona denique ad Patronum, de Regina ad Regem
 (Basilus enim Rex, sive Regnum interpretatur) de Matre
 ad Patrem, de MARIA ad BASILIUM, & de viridi ad cæru-
 leum, sive cœlestem colorem gradum faciamus. Et statim
 conspiciendus præbabitur, virtutum varietate circumdatus,
 sanctitatisque fulgoribus circumfultus, ille Homo cœlestis,
 Patris Aeterni Preco, Unigeniti Nuntius, Spiritus Sancti
 OEconomus, Dei genitricis Defensor, virtutis Norma, Pœ-
 nitentiæ Regula, monasticæ vitæ Lex, puritatis Lili-
 um, paupertatis Archyus, obedientiæ Holocaustum, Evangelij Tu-
 ba, Infidelium Lux, Hæreticorum Malleus, Fidei inextin-
 guibilis Facula, cœlestis gratiæ Thesaurus, divini amoris
 Domicilium, Mediatorque inter Deum, & homines BASI-
 LIUS, qui *quasi Arcus refulgens*, ut ab Ecclesia canitur, *inter
 nebulas gloriæ*, trino colore, sive Virginis, Doctoris, & Pon-
 tificis triplici laureola à Concilijs, & Patribus prædictis en-
 comijs, alijsque innumeris extollitur, & proclamatur.

Quæ omnia in pulchro novissimo elogio, læviter varia-
 to, quod de Iridis, sive Arcus cœlestis natura, formatione,
 & coloribus à læpido Vate decantatur, de BASILIJ typo, &
 imagine vividiori stylo videntur expressa:

Illustrissimns lucis Pupulus, (ait) ætheris Alumnus:

Editus patre Sole, patria Cælo:

Prodigus luminis, Nuntius numinis:

Legatus serenitatis, Præsagus felicitatis:

Obses fœderis, Civis sideris:

Pacis Pincerna, naturæ Lucerna:

Diei Spectaculum, Dei Miraculum:

Cœlorum Progenies, colorum Congeries:

Mille luminum irradiata Facies, variegata Fax:

Illustribus Parentibus Illustrior Soboles.

Et si quid aliud ad hujus Iridis Basiliani laudes, & præconia desideras; attolle caput, & cum nostro Ephrem aspice Cœlum, & quamvis Columna Ignea terras, & sidera tangens oculis appareat; pro capite Iridem, pro base terminos pacis, & pro scapi loco ex BASILIJ nomine, duplicique ejus *anagramate*, Columnam Basilianam plenam pace videbis, & è Cœlo audies: TALIS EST MAGNUS BASILIUS.

ET IRIS IN CAPITE
EJUS
T. E. LAUS SIBI, & pulchritudo pacis
Rex Salem, idest, BASILIUS pacis
SALUS IBI, & abundantia pacis
M. B.
POSUIT

*BASILIVS
anagramate
Laus sibi,
Salus ibi.*

FINES TUOS PACEM.

Ergo

Ergo vide Arcum Trinum, & Tricolorem, in Paraclito purpureum, in Patrona aqueum, & in Parente cæruleum: in Sponso igneum, in Sponsa viridem, & in utriusque Defensore Cœlestem: in Spiritu Sancto quasi Arcum, in MARIA quasi Solem, & in BASILIO quasi Columnam, in tribusque, & omnibus Placabilem, Pacatum, Pacificum; nostroque Capitulari Congressui concordiam prænuntiantem, & pacem, in multitudine, pulchritudine, & abundantia. Et benedic eum, qui fecit illum Autorique ejus gratulare; valde speciosus est, pulcher est, decorus est in splendore suo, fulgore suo, curvatura sua; Gyravit Cœlum, cinxit Orbem, ambivit Sphæram in circuitu gloriæ suæ, speciei suæ, pulchritudinis suæ: Manus Excelsi, Supremi, Omnipotentis aperuerunt illum, expanserunt illum, pinxerunt illum, ut esset multicoloribus nostri Comitialis Congressus foelicissimis gyris Exemplar, Protectio, fœdus, Pax;

Utque suos arcus (Manil.) per nubila circinet Iris.

CONGRESSUS SCOPUS

In Iride auguratus.

Perspicit; (Ovid.) en Arcus nitido patefecit ab ortu

Purpureas Aulæ portas, & plena rosarum

Attria,

Diemque 22. Maij foelicem, & augustam. Qua formosa die, veniente hora, tempore præfixo, præcedente Sacri Spiritus invocatione, omnibusque de more præactis, ingredientur Aulam qui suffragia præstare debent, & spheram ascendent, qui

qui quasi nubes volant, ad novę Iridis efformationem, & electionem. Et continuò fluet sicut ros suave eloquium, è Nostri meritissimi Præsidis placidissimo ore, gratulando, admonendo, præparandoque desideria, vota, & Vocalium animos; ut cum primò è Cœlo fulserit Divini Solis, & Paracliti radiatus aspectus, percuferitque imbrifera, & rorida votantium nubila, illustret corda, moveat jura, curvet disparia, vaporesque cogitationum exhorner. Sicque ex radiorum reverberatione, repercussioneque cœlestium luminum (*) *Novus Iris* pulcher, formosus, & decorus appareat, charitate igneus, observantia viridis, prudentia cœlestis, & omnium virtutum pigmentis multicolor, & circumfultus. Ad hæc autem colorum pigmenta oculis demonstranda, expectationique omnium decantanda pro efformatione electiva novi futuri Iridis, loquetur rosas, ut ejus Nuntius, & Præcursor, colores coloribus addendo in exhortatione ad Patres, R.P.D. Ludovicus de Morales, Lector in Sacra Theologia Jubilatus, Abbasque hujus nostri Cordubensis Collegij.

Sed ecce jam convenientibus Patrum suffragijs, desideriorumque coloribus inducentibus,

Emicuit (Valer. Plac.) referat dies, cælumque resolvit

Arcus, & in summos redierunt nubila montes;

Iris apparebit, Arcus refulget, qui prius fuerat in nubilo, & exultabunt montes à conspectu novi Abbatis Provincialis electi, qui in dignitatis eminenti culmine, splendidiori honore, rectilissimo tramite, uti virtutum vivum nobile exemplar, simulque jubar explicabitur. Et ut floriger ejus aspectus re-

pen-

(*) Constructio figurata.

pente non dispareat, sed foeliciter in sui gubernij circulo per-
 maneat, quatuor etiam Diffinitorum pigmentatis coloribus
 associabitur, & florebit. Si enim in Iride, ut ait Beda, colores
 quatuor Elementorum compaginantur, *rubeus*, scilicet,
 propter ignem, *lacteus* propter aerem, *viridis* propter ter-
 ram, *ceruleusque* propter aquam, & in quatuor coloribus à
 Benedictino Berchorio Charitas, Discretio, Observantia,
 & Aequitas compinguntur; harum absque dubio virtutum co-
 loribus quatuor nostri Diffinitorij Judices splendent, &
 ex reflectione primi, & novi Iridis, quatuor quasi Irides
 pulchrè, & decorè efformabuntur. Horum ergo Iridum, sive
 novi Iridis multorum Arcuum circulis dispositi, coloribus, &
 curbaturis circinati speciem pariter, & decorem lætabundi
 Patres, ut *Nuntiam Pacis*, vel Pacem ipsam gratulabuntur: fes-
 tivaque demonstratione in Templi Cœlum convenient: &
 ad Solem, è cujus Sacro Pneumate hoc speciosum Phœno-
 men ortum trahit, gratias dirigent, laudes concinnabunt,
 præconia extollent, & præ omnibus, & juxta omnium desi-
 deria, inter Missarum Solemnia, Pulpitum ascendet, flores,
 rosas, & radios sparsurus R. P. D. Josephus Saltamatas, &
 Fuentes, olim in nostro Hispalensi Collegio Sacrorum Studi-
 orum Regens, nuncque Jubilatus, & nostri Granatensis Mo-
 nasterij Sanctę Marię ab Exilio meritissimus Abbas.

Vespere autem facto, ad numerum Septiformis Spiri-
 tus eligentur septem Abbates, qui mistico septemplici toti-
 dem reflexas irides exprimentes, uniformem colorum, vir-
 tutumque varietatem adumbrent; ut Polus iste Basilianus sa-
 cer, Nilusque monasticus per septem sydera, aut per sep-

tem ostia omnibus, & cæteris hujus Provinciæ Monasterijs deferant, dilatent, annuntient unionem, concordiam, & super omnia *Pacem*; nam ut cecinit Baptist. Mantuan.

Pax plenum virtutis opus, pax summa laborum,

Pax belli exacti pretium est, pretiumque pericli:

Sydera pace vigent, consistunt terrea pace;

Nil placidum est sine pace Deo, nec munus ad aram.

PROGRESSUS CONGRESSUS in Iridis expansione.

::::: *Pax Missa (Lucan.) per Orbem
Ferreæ Belligeri compeſcat limina Jani;*

Foresque Basiliæ Congressus aperiat die 23. currentis Maij, ut ad sua primordialis pulchritudinis lumina stabilienda, Basiliæ renascens Provincia suis constipata fulgoribus veniat, & accedat. Congregabitur siquidem manè; & maturè pensatis, pro bono Provinciæ singulisque indigentibus, rebus, & commodis; expectabit sui Præsidis benevolentiam, qua Novus, & verus Iris Pastor simul, & Præsul per justitiam arcuatus, per clementiam curvatus, in pietate, & æquitate temperatus infirma confirmet, disrupta consolidet, depravata convertat, & omnia, singulaque pace, & charitate terminet, & claudat.

Ad vesperam vero pro coronide secundæ diei,
Ipsa Domus Pacis (Decan.) non se tenet arduus iter,
Panditur; florigera deserit Iris aquas,

Ut suo multicolorum variato circulo ad intellectuales contentiones, & lites, quarum Nuntia est, ut notavit Plat. in Cratyl. Theatrum, ubi scientia vigeat, seu amphitheatrum, ad ignorantiae cladem, circinatis radijs formet, & firmet. Parabitur ergo Minervalis Palestra, Tubæ Apollineæ clangent, Agonistæ strenui concurrent, & omnis populus certaminis finem expectabit; dum interea splendescet Aula, non tam hujus renatæ Provinciæ, quæ se palam votis publicis proder, modestia, & scientia; quam nostri Illustrissimi Mœcenatis umbra, & protectione. Hac deinde non juxta meritum laudata, Iris, quæ à PP. & DD. pro Incarnationis symbolo, & Dei gloriæ emblemate depingitur, materiam dabit; ut Incarnati Verbi mysterium, & ipsius Dei gloriosam libertatem scrutentur Oppugnatores, propugnet Defensor, & opportunitate ellucidet Præsides: qui quidem illius Magistrorum Magistri rationibus fulcitus, illius *Animate Bibliothecæ*, ut à Criticorum Principe laudatur, probationibus suffultus; illiusque totius Basilianæ Familiæ facile Principis, Nostri, scilicet, Reverendissimi Doctoris, Salamantinæ Academiæ Decani M. D. Michaelis Perez responsionibus illustratus argumenta solvet, noda dissolvat, & acuta sua Minerva Palladis cuneos penetrabit. Sed Quis hæc? R. P. Mag. D. Ludovicus de Roxas, Nostri Collegij Hispanensis olim Præses, nuncque hujus Provinciæ Diffinitor. Ad cujus umbraculum, & scutum confringet Adversariorum sagittas P. D. Mathæus Dominguez, Art. Lect. prenomminatus.

*Jamque volans liquidis (Virg.) in nubibus arsit Columna.
Signavitque viam Pacis.*

FINIS CONGRESSUS

IN IRIDIS RORE, ET IMBRE.

*Utque Iris Tumulos, (Sanaz.) muros, & tecta Domorum
Prospexit ; Patrię agnovit mœnia terrę;*

Et quæ usque nunc lætiferæ Pacis prognosticum formabat, hac die 24. prædicti Maij, tertia, & ultima Nostri Capitularis Congressus, quasi Risus plorantis Olympi, magnam vim aquarum, seu lachrymarum auguratur. Si enim *Arcus* (ait nost. Cordub. Senec.) *circa Occasum refulserit, tonabit, & impluet* ; quid nostra Basiliana Iris executura fulgebit, quando suis Comitialibus actibus præscribens finem, ut ab oculis nostris finis omnium non dispareat, circa Occasum versatur, erga mortem respicit, & versus suum finem devolvitur ! Pro fine igitur, sive Capituli conclusione, nostræ Congregata Provincia suffragiorum salutiferam imbrem, seu gratuitam pluviam, luctuosis Parentationibus, effundet, pro nostris Defunctis Fratribus, ac pro nostræ Provinciæ Patronis : ut ad placidissimum Trinæ Iridis aspectum, è pœnarum nubibus assumptæ eorum animæ evolent, ascendantque, ubi æternaliter requiescant in pace ; ut in pace Capitulum finiatur ;

..... *Pax enim (Silius) optima rerum,
Quas homini novisse datum est ; Pax una triumphis
Innumeris potior : Pax custodire salutem
Et cives equare potens.*

OBJECTUM , ET SUBJECTUM
CERTAMINIS
IN IRIDIS SPECIOSA CORONA

EN IRIS!

Speciosus Aris, opportunus Horis;
Scientiæ clarum Foedus, virtutis comes Fidus:
SUÆ PASCENDÆ GREGIS

DUCTOR , ET DOCTOR:

EN ARCUS!

COELO NATUS , SOLO NOTUS;
Religionis Flamen, miserationis Flumen:
Suæ Cordubensis Ecclesiæ
SOL , ET SAL:

EN IRIS!

Anagramatè

TRINA SUM

Anagram. 1a
Martinus
Trina sum

Calore , Virore , Colore
Ignea Lis, Viridis Lex, Cœlestis Lux,
Doctis , Ductis , Dictis:

SUM

SUIQUE HONORIS

Victor, & Vector:

EN ARCUS!

Anagramatè

TRIMANUS

2.
*Martinus
Trimanus*

Ignes, Viridis, Cœlestis
Ignes curis, Viridis charis, Cœlestis choris,
Omine, Nomine, Numine:

Suæque gloriæ

FAVUS, ET PHOEBUS.

SED HÆC

Anagramatè

MIRA SUNT?

3.
*Martinus
Mira sunt.*

MIRA SUNT; si cœlestis Horis Iris

Adsit è Cælo lucis pyris puris

Radios spargens pulchra duris diris,

Triumphos donans vallata miris muris:

Husta igitur æquet loris, lyris

Zostris Pacem diffundens charis curis;

Et si MARTINUS est limen, & lumen,

SUNT MIRA quæque dant Nēmē, & Numē.

IRI-

IRIDICÆ ERGO CORONÆ
PULCHRITUDO

ERIT.

ILLUSTRISSIMUS, AC REVERENDISSIMUS

D. D. D. MARTINUS

BARCIA

CUJUS SPECIOSUM NOMEN

Anagràmate hoc Omen annuntiat:

IRIS CURBA MANAT;

& epiggràmmate hoc Numen collaudat:

CURBA IRIS MANAT, MARTINUS BARCIA fulget;

Fulget & imperio, manat amore pio.

HUIC ERGO VIGILANTI PRÆSULI,
provido Pastori, magno Antistiti, inclyto
Principi, nobilissimo Mæcenati: regali Li-
tem olim Intendenti: ad Romam misso ra-
tione adscriptionis numero Beatorum spiri-
tua-

4.
Totius
nominis.
Martinus
Barcia:
Iris curba
manat.

tualis Tudertanorum Apostolici Expedito-
 ris : Canonico Abylæ , Archidiacono de
 Montenegro : Dignitate , Canonicatuque
 Mindioniensis Ecclesiæ Conspicuo : Con-
 sulto ad Regium Liberitanum forum : Do-
 mestico , ac perpetuo Præfuli Summi Sacer-
 dotis Ecclesiæ : Sacro in Solio Pontificio Af-
 fessori ad Episcopatum Gadicensem Hierar-
 chatumque Illiberis Consulto : Antistiti du-
 dum Septæ , ibique Hospitiorum Regis De-
 fensori , ac Phalangium Generali Vices-ge-
 renti : nunc denique Episcopo Cordubensi
 à Regijs Consilijs Senatori, &c.

NOSTRA BOETICO BASILIANA PROVINCIA.

IN SUI COMITIJS PROVINCIALIBUS
 congregata, gratitudinis vinculis ornata; om-
 nium cordibus, quæ tot titulis meritis, gra-
 tijsque ambitiosè dicantur, quasi bombylijs
 aureis, has mistylogas guttulas, ad Imbrife-
 ræ Iridis aspectum, ex nostro Salmantino
 Basiliano fonte exhaustas, ut alteri Bellatori
 Davidi, offert, consecrat, & libat, cum
 Cal-

Calphurn. Eulog. 4. Saniori fide Supremum
Deum exorans:

*Dij, precor, hunc Præsule, quē Vos (nisi fallor) ab ipso
Ættere missistis; post longa reducite vitæ
Tempora, vel potius mortale resolvite pensum,
Vel date perpetuo cœlestia fila metallo.*

ASSERTA

DIVINÆ IRIDI CONFORMATA.

Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram. Genes. 6. Arcus refulgens inter nebulas gloriæ. Ecclesiasti 50. Ex quibus allegoricè Sancti PP. & DD. misericordiam Dei usque ad cœlos, & justitiam ejus usque ad nubes incircinata Arcus cœlestis figura passim contemplantur.

Primò enim elucet in eo *Gloria Domini*, quæ apparuit in nube, sicut Exod. 16. dicitur, unde gloriosam ejus Libertatem, Independentiam, Dominium, & Imperium proclamant; Deique actus liberos supra nubes, & cœlos prædicare conantur, & in eorum conf-

[illegible]

Figure 1 consists of five maps of the United States, each showing the distribution of a different species of the genus *Eumeces*. The maps are labeled (a) through (e). Each map includes a shaded area representing the species' range and a distribution key.

- (a) *E. inornatus*: Range in the Pacific Northwest, including Oregon, Washington, and Idaho. Key: $\bullet$ = *E. inornatus*, $\circ$ = *E. elegans*.
- (b) *E. elegans*: Range in the Pacific Northwest, including Oregon, Washington, and Idaho. Key: $\bullet$ = *E. inornatus*, $\circ$ = *E. elegans*.
- (c) *E. flaviventris*: Range in the Pacific Northwest, including Oregon, Washington, and Idaho. Key: $\bullet$ = *E. inornatus*, $\circ$ = *E. elegans*.
- (d) *E. almeri*: Range in the Pacific Northwest, including Oregon, Washington, and Idaho. Key: $\bullet$ = *E. inornatus*, $\circ$ = *E. elegans*.
- (e) *E. skiltonianus*: Range in the Pacific Northwest, including Oregon, Washington, and Idaho. Key: $\bullet$ = *E. inornatus*, $\circ$ = *E. elegans*.